Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



SECVN DV

missam duxerit moechatur (adulterat). Iterum audis
tis quia dictum ē antiquis. non ꝑiurabis.
Reddes autē dnō iuramenta tua. Ego aū
dico uobis. Non iurare omnino. neque
per cęlum. quia thronus dei ē. Neq; per
terram. quia scabellum ē pedum eius.
Neq; per hierosolymam. quia ciuitas
est magni regis. Neque ꝑ caput tuū iu
raueris. quia non potes unum capillum
album facere aut nigrum. Sit autē ser
mo ur̄. est. est. non. non. Quod autem
his abundantius ē. a malo ē. Audistis
quia dictum ē. oculum ꝓ oculo. & den
tem ꝓ dente. Ego autē dico uobis. non
resistere malo. Sed si quis te ꝑcusserit
in dexteram maxillam tuam. prebe
illi & alteram. Et ei qui uult tecum iudi
cio contendere. & tunicam tuam tollere.
dimitte ei & pallium. Et quicumq; te

T. m. xxxviii. v. L. iii

T. m. xxxviiii. x. Sol.